Pateat universis: Quod Nos Margarita, illustrissimi ac magnifici principis et domini domini Martini memorie gloriose Re[illegible] Aragonum, Sicilie, Valencie, Maiorice, Sardinie et Corsice, Comitis Barchinone, Ducis Athenarum et Neopatrie, ac etiam
Comitis Rossilionis et Ceritanie coniux, Tenentes et possidentes tenereque et possidere censentes bona omnia et iura que [illegible] dicti illustrissimi domini Regis viri nostri carissimi, pro nostris dote et sponsalicio ac aliis iuribus nostris, iuxta laudabi-
lem constitucionem Cathalonie generalem primitus editam, fructus ipsorum bonorum post annum luctus nichilominus fa[illegible]. Et etiam ut heretes donacionem causa mortis a dicto illustrissimo domino Rege viro nostro carissimo inter cetera de omnibus
bonis suis mobilibus et etiam de omnibus iocalibus suis que habebat aut sibi pertinebant ubicumque sint et in posse quorumcumque po[illegible]um existant. Ex certa sciencia nominibus supradictis et nomine etiam nostro proprio et quolibet ipsorum nomine insolidum confidentes
de fide, industria et animi legalitate vestri fidelis thesaurarii nostri Guillermi de Busquets, tenore presentis, citra tamen revoca[illegible] quorumcumque procuratorum per nos actenus constitutorum, constituimus et ordinamus procuratorem nostrum certum et specia-
lem ac etiam ad infrascripta generalem vos dictum Guillermum de Busquets licet absentem tanquam presentem. Ad petendum, e[illegible]um, recipiendum et habendum pro nobis nominibus supradictis et quolibet ipsorum nomine insolidum a quibuscumque universitatibus,
corporibus, collegiis ac singularibus personis omnes et singulas pecunie quantitates nobis debitas et imposterum debendas [illegible] racione redditūum nobis et camere nostre pertinencium et quartorum seu quarte partis omnium emolumentorum dictorum
Regnorum et aliarum terrarum predictarum quacumque aut quibusvis racionibus, iuribus sive causis et tam in Regno Aragonie q[illegible] quorumcumque Regnorum et locorum ac terrarum que fuerunt dicti domini Regis et aliorum. Et omnia etiam bona mobilia et
iocalia et alias res nostras et nobis titulis supradictis aut altero ipsorum pertinentes et omnia instrumenta et scripturas in posse quorum[illegible] notorum et personarum existant. Et inde apocas, fines, absoluciones, diffiniciones et remissiones ac quovis titulo cessio-
nes ac pactum de ulterius non petendo faciendum et firmandum. Et pro predictis et eorum occasione si expedierit in iud[illegible]m ecclesiastico quam seculari comparendum. Et quascumque universitates, corpora, collegia ac singulares personas ad predicta tentas
seu obligatas conveniendum et citandum. Iudices impetrandum. Suspectos recusandum. Et causas suspicionis ponendum et probandum et eas arbitrandum. Et arbitros inde pro parte nostra eligendum. Querelas quascumque exponendum. Fidancias super-
bonis nostris firmandum, eaque proinde obligandum. Libellos, peticiones seu demandas dandum et offerendum. Defend[illegible]n quoque et excipiendum. De facto ponendum et articulandum. De calumpnia et aliter in animam nostram iurandum. Et ex
adverso iurari petendum. Testes, instrumenta et alia probacionum genera producendum et publicari requirendum. Et contra ex ad[illegible]so producta obiciendum. Crimina et defectus et alia opponendum, disputandum et allegandum, renunciandum et concluden-
dum. Et omnia que in litem fieri requirantur faciendum. Et de ac super predictis si vobis videbitur componendum, [illegible]gendum et paciscendum, sive composiciones, transacciones et avinencias faciendum nostro nomine et [illegible] firmandum.
Et in arbitrum vel arbitros, arbitratorem vel arbitratores cum vel sine penis compromittendum. Pignera tornandum et manuleuandum. Et pro tornandis et manuleuandis pigneribus bona nostra omnia obligandum. Et omnia que in arbitrium fieri requi-
rantur faciendum. Sentencias cuiusvis generis fuerint audiendum, indeque si vobis videbitur appellandum, reclamandum et su[illegible]um. Apostulos petendum, recipiendum et presentandum. Et causas appellacionis, reclamacionis et supplicacionis prose-
quendum et finiendum. Et sentencias pro parte nostra latas et ferendas petendum et faciendum execucioni debite deman[illegible]. Et beneficium restitucionis in integrum petendum et etiam obtinendum. Litteras quascumque impetrandum easque presentandum.
Protestandum quoque requirendum et monendum. Et protestatis, requisitis et monitis ex adverso respondendum. Et i[illegible]ri faciendum et recipiendum publicum instrumentum seu etiam publica instrumenta. Emparas, sequestraciones et
alias oposiciones faciendum nostro nomine et cancellandum seu cancellari consenciendum. Et ad predicta omnia eorumque [illegible] procuratorem vel procuratores substituendum et eum vel eos revocandum. Et generaliter omnia alia faciendum et libe-
raliter exercendum in predictis et circa ea pro nobis et nomine nostro quecumque ad hec utilia fuerint, necessaria se[illegible]n oportuna, et que in eis fieri requirantur, etiam si talia fuerint que de iure vel de facto aut alias mandatum exigent
speciale, queque nos facere possemus personaliter constitute. Et volentes vos dictum procuratorem nostrum et [illegible]dum vel substituendos a vobis super predictis relevare ab omni onere satisdandi et fideiubendo in hiis pro vobis et substi-
tuendo vel substituendis a vobis, promittimus vobis licet absenti in manu et posse notarii infrascripti tanquam publi[illegible] pro vobis et substituendo vel substituendis a vobis ac pro aliis etiam personis omnibus quarum interest et intererit
recipientis et paciscentis ac etiam legittime stipulantis, iudicio sisti et iudicatum solvi cum suis clausulis univ[illegible] nos semper habere ratum et firmum quidquid per vos et substituendum vel substituendos a vobis in predictis et circa ea pro
nobis et nomine nostro procuratum et actum fuerit sive gestum, et nullo tempore revocare sub bonorum nostrorum [illegible]gacione. In cuius rei testimonium presens publicum fieri iussimus instrumentum nostro sigillo secreto impendenti munitum.
Datum et actum in palacio Regio Civitatis Barchinone vicesima secunda die Aprilis anno a nativ[illegible] Millesimo Quadringentesimo Undecimo.

Signum  Margarite illustrissimi ac magnifici principis et domini domini Martini felicis recorda[illegible] Aragonum, Sicilie, Valencie, Maiorice, Sardinie et Corsice, Comitis Barchinone, Ducis Athenarum et Neopatrie ac
etiam Comitis Rossilionis et Ceritanie coniugis, Que hec laudamus et f[illegible] [illegible]yna Marg[illegible]

Testes qui presentes ad predicta fuerunt sunt honorabilis Manuel de Raiadel[illegible] Camerlengus et Iohannes Ferriol talladorerius dicte serenissime domine Regine.

Sig  num Petri Suau Sobathers protonotarii et Secretarii prefate illustrissime domine Regine, notarique p[illegible]a Barchinone, auctoritate Regia ac per totam terram et dominacionem illustrissimi domini Regis Aragonum, Qui de mandato prefate
illustrissime domine Regine hec scribi fecit et clausit. Rasisque correxit et emendavit in [illegible] linea Apostulos.

Perg. 171

C. P. 42.

Procura feta per la regina
dona Margarida muller
del senyor rey en Martí [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
abril [illegible] 1411